BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 391v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uexares. Cum enim temptati sunt
et quidem cum misericordia discipli
nam accipientes scierunt quem
ad modum cum ira iudicati
impii tormenta paterentur. hos
quidem tamquam pater admonens
probasti. illos autem tamquam durus
rex interrogans condempnasti.
Absentes enim et presentes similiter
torquebantur. duplex enim illos
acceperat tedium et gemitus cum
memoria preteritorum. Cum enim
audirent per sua tormenta bene
secum agi commemorati sunt do
minum admirantes in finem exi
tus. Quem enim in expositione pra
ua deiectum illis proiectum de
riserunt in finem euentus mi
rati sunt non similiter iustis
faciens. Pro cogitationibus autem
insensatis iniquitates illorum
Quod quidam errantes celeb
rant mutos serpentes et besti
as superuacuas inmisisti illis
multitudinem mutorum anima
lium in uindictam. ut scirent
quia per que peccat quis per hec et
torquetur. Non enim inpossi
bilis erat omnipotens manus
tua que creauit orbem terrarum
ex materia in uisa. inmittere illis
multitudinem ursorum aut
audaces leones. aut noui ge
neris ira plenas et ignotas be
stias. aut uaporem igneum
spirantes. aut odorem fumi
proferentes. aut horrendas ab

oculis scintillas emittentes
Quarum non solum lesura po
terat illos exterminare. sed aspec
tus per timorem occidere. sed et
sine his uno impetu occidi po
terant persecucionem passi ab ipsis fac
tis suis et dispersi per spiritum uir
tutis tue. sed omnia in mensura
et numero et pondere disposuisti. mul
tum enim ualere tibi soli superer at
semper. et uirtuti brachii tui quis
resistet quoniam tamquam momentum
statere sic ante te est orbis terrarum
et tamquam gutta roris antelucani
que descendit in terram. Sed mi
sereris omnium. quoniam omnia po
tes. et dissimulas peccata omnium
propter penitentiam diligis enim omnia
que sunt et nichil odisti horum
que fecisti. nec enim odiens aliquid
constituisti aut fecisti. Quomodo
autem posset aliquid permanere nisi
tu uoluisses. aut quod a te uo
catum non esset conseruaretur.
Parcis autem omnibus quoniam tua
sunt domine qui amas animas

O quam bonus. XII
et suauis es domine
spiritus tuus in nobis
ideo que hos qui exerrant partibus cor
ripis. et de quibus peccant admo
nes et alloqueris. ut relicta ma
licia credant in te domine. et il
los enim cum quos habitatores sancte
terre tue exhorruisti. quoniam odibilia
tibi opera faciebant per medicami
mina et sacrificia iniusta. et filio

rum.